

una vel plures conducens dicta ligna ostendere debeat eisdem personis sic missis ea die vel sequenti locum ubi incidissent dicta ligna, et si non ostenderet cadat ad penam centum sold. par. pro qualibet vice contrafacta, et ipse persone sic misse
 5 per iudices ad dictas ianuas denuntiare debeant dominio Tergesti et procuratori comunis personas sibi suspectas, que conduxerint ligna, ea die qua invenerint, sub pena decem libr. par. pro quolibet ipsorum et vice qualibet contrafacta. ¶ Et quod
 10 unus ex // iudicibus comunis qui pro tempore fuerint cum pro- 159 A
 curatore comunis singulis edomatibus una die ad minus personaliter ire debeat ad videndum in domus, que sunt extra Ianuam Riburgi, si in eis essent aliqua ligna, sub pena vigintiquinque libr. par. pro quolibet iudice et procuratore et vice
 15 qualibet contrafacta. ¶ Et si in eis aliqua essent ligna, patronus domus in qua essent dicta ligna cadat ad penam libr. decem par. ¶ Et quod per dominium Tergesti infra quindecim dies semel mittantur extimatores¹⁾ in venis et farnetis et aliis locis vetitis, inquirendo dampna data in lignis dictorum locorum, et ubicunque invenerint dampnum datum extimare
 20 debeant. ¶ Et custodes silvarum solvere teneantur pro dicto dampno dato, et hoc sub pena quinquaginta libr. par. pro potestate et vigintiquinque libr. par. pro quolibet iudice.

Cap. LXVII. De favore non dando Muglensibus.

Et de matrimonio non contrahendo cum
 25 Muglensibus. R.ca.

Pro comuni utilitate ad perpetuam rei memoriam ex maxima causa habita contra Muglienses statuimus quod hominibus terre Mugle nullo tempore per comune nec divisim
 30 detur auxilium neque favor in eorum discordiis, sub pena quingentarum libr. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, salvo quod, si dominium videretur, possit // mittere per 159 B
 dominium ambaxatores pro bono pacis. ¶ Preterea prohibemus quod nullus civis vel habitator Tergesti contrahere

¹⁾ *extimationes*; poi fu corretta la *n* in *r*.